Μυριοφύτ

Le Quien Oriens Christianus. Parisiis MDCCXL τόμ. α' στήλ. 1151-2 Dioecesis Thraciae Provincia Europa

XXVII. Ecclesia Myriophyti

Quinta civitas episcopalis Heracleae metropoli hodie subjecta Myriophytum nuncupatur, ὁ Μυριοφύτ, quod illius nomen antiquis ignotum fuit. Hanc Curopalates ac Cedrenus cum Rhaedesto et Panio anno mundi 6073. Christi 565. terrae motu obrutam ferunt. Ipsa est, ni fallor, quae apud anonymum Ravennatum amanuensis errore Muricliton scribitur. Cantacuzenus lib. 3 cap. 76 Myriophytum parum a Chora oppido distare ait.

Episcopi Myriophyti

I. XXX

Concilio Hieremiae II. patriarchae de abolenda Simonia, interfuit episcopus Myriophyti, ὁ Μυριοφύτ. Hist. Eccl. Turco-Gr. lib 2 pag 170

XXIV. Ecclesia Metrorum στ. 1149-50

Episcopi Metrorum

III. Procopius.

Sententiae Synodicae, qua Ieasaphi patriarcha anno 1564. ad ordinem redactus fuit, subscripsit Procopius episcopus Metrorum et Athyrorum, habens quoque suffragium Myriophytensis, ὁ ταπεινὸς ἐπίσκοπος Μετρῶν καὶ Ἀθυρῶν ἔχων καὶ τὴν ψῆφον τοῦ Μυριοφύτου. Hic anno 1572 adfuit synodo alteri quam Hie-

ΑΚΑΔΗΜΙΑ ΑΘΗΝΩΝ

remias patriarcha coëgit abolendae apud suos Simoniae causa. Hist. eccl. Turco-Gr. lib. II. pp. 174 et 179. Sed et anno 1579. nomen suum Stephano Gerlachio Germano in charta exaratum dedit, ὁ Μέτρων Προκόπιος. Procopius. Lib. 8. Turco-Gr. p. 506.

ΑΚΑΔΗΜΙΑ ΑΘΗΝΩΝ